

RAPTVM PROSERPINAE

Proserpina a Plutone, qui sub terris apud Inferos regnat, in nemore prope urbem Hennam rapta est. Pluto Proserpinam raptavit ut eam uxorem duceret. Interea Ceres, mater puellae, cum filiam suam frustra quaereret, omnes terras peragravit. Apollo, qui omnia videt, ei enarravit id quod accidērat. Itaque, Ceres Iovi supplicavit ut filiam suam Pluto redderet. Quamquam ex Inferis reditus possibilis non est, Pluto aequalem divisionem admisit: Proserpina sex menses cum matre sua super terras vivit, et alteros sex cum marito in Averno.

LEONIDAS ATQUE TRECENTI

Xerxes, rex Persarum, magnum exercitum congregavit et cum eo in Graeciam transiit, ut antiquam cladem ulcisceretur. Quamquam cotidie inter se proeliabantur, Graecae urbes se

iunxerunt, quia hostis potentissimus erat. Siracusa, opulenta urbs insulae Siciliae, classem suam obtulit si summum imperium copiarum obtinebat. At Sparta, principalis urbs Lacedaemoniae, rogationem non accepit. Cum Xerxes per Thessaliam in Athenas celeriter progredereetur, Athenae Spartaque consilium cepērunt. Leonida, rex Lacedaemoniorum, in Thermopylis trecentos milites, quos eduxerat Sparta, hostibus Persis opposuit. Cum hostium ingens multitudo in conspectu esset, Spartānis Leonida clamavit: “Pergite animo forti, Lacedaemonii. Hodie apud Infēros fortasse cenabimus”. Cum proelium finitum est, Persae omnes Spartānos occiderant.

RAPTVM EVROPAE

Erat quondam rex in Phoenīca, Agēnor, cuius filia Eurōpa, cum pulchritudine insignis esset, a Iove amabatur. Iuppiter, cum

formam tauri sumpsisset, eam in prato rapuit ac per mare in insulam Cretam portavit. Eurōpa maestissīma erat, quia servilem vitam in illa insula exspectābat. Vt eam calamitatem vitāret, mortem optāvit. At Venus, quae omnia vidērat, ei dixit ut funestum animum desereret; nam ille taurus ipse Iuppiter erat. Tamētsi admiratio sua maxīma fuit, Eurōpa statim quievit et fortunae proposita accēpit. Dehinc haec pars orbis terrarum, in qua habitāmus, huius puellae fert.